

## XXXIX. Hierographia duplex.

**P**RIMÒ. Quid magis, inquit Justitia, ad Deum provocans, aut diutiùs p̄stolaris? nec subvenis mihi, cui tamen Imperium rerum humana-  
rum tradidisti? cum terra & mari oppugner? Fuit enim tempus, quo terra  
mariq; rem gereret Turca, hoc etiam bello.

2. Jam, Adsit, interpretati sumus anteà. Hic boni ominis caussa, benè  
repetitur; Divinum enim adsit auxilium, ubi humanum deficit nos, necesse  
est.



# I. HIEROGRAPHIA MAHOMETANORVM SIMPLEX.

**S**Aladini, qui regnum nostrum Hierosolymis delevit, exuvias, vel  
suparum, vel sagulum vides, Moriens enim circumferri jussit, ne  
quis rerum succelu insoleceret, dignus qui pro nobis staret: aut  
qui in Repub. nostra renasceretur.

26.

*II. Hierographia simplex.*

Hoc teste victoriæ Barbarus, perfidiæ nos arguit. Erant enim ea tempe-  
state, qui fidem Barbaris datam violari posse, malitiosa juris interpretatio-  
ne, censerent.

*III. Hierographia simplex.*

In cremento Lunæ, incrementū Imperii signat. Sed & decrescit Luna;  
deleaturq; tyrannis illa opto. Suppiciis muliebribus non debellatur bellum.  
Quid igitur Cæsari opem non fertis, ô viri? ô Christiani? Sed & Deus in vo-  
ta vocandus est: sine cuius ope, nostra habent arma.

*IV. Hierographia simplex.*

Quatuor candelabria, jam ante me interpretantur alii, totidem orbis  
plagas: & inscribunt Turcica lingua, Alla vere, id est, Deus dabit, ut religio  
Mahometana, reliquas orbis partes comprehendat. Quod non sinat Chri-  
stus lux mundi. Certè æstuabat tūm temporis ut hīc lucerna una, Nunc in-  
cendium, proh dolor, latius serpit. Nulla virtute Barbarorum, sed nostra pār-  
tim ignavia, partim discordia, proh nefas ô Christiani vos appello. Et quod  
cæterorum opem nequidquam plorem, vestram imploro Germani.

Reges